

Sextus Physicorum

f. tunc in f. terminabatur aliquis motus et sequitur necessario sicut prius quod ille fuit super ultimam partem. Item sit ita quod super huiusmodi infinitis proportionabilibus sint infiniti homines habentes corpora glorificata ita quod corpus unum terminetur in puncto medio ipsius et corpus secundum terminetur in fine secunde partis et sic in infinitum super partes infinitas procedendo versus a ita quod non sint simul plures. Sit etiam c. aliquod corpus existens super magnitudinem a distans a magnitudine b. per pedalem quantitatem. Tunc arguitur sic aliquis homo est propinquissimus c. quod si accederet quousque pueniret ad homines aliquem illorum primo tangeret ille: ergo homo propinquissimus sit fortis aut fortis. tangit a aut non/ si non igitur distat per certam partem magnitudinis b. et ita in illa parte magnitudinis sunt infinite partes proportionabiles et ante illam solum finite et per consequens ante partem illam non sunt nisi finiti homines nec plures super totum secundum hanc responsionem quod est contra positum: si fortis. tangit a igitur aliqua pars proportionabilis tangit a: quod propinquissimum extremum fortis. ad c. est cum termino unius partis proportionabilis b. per positum illa pars non potest poni indivisibilis: quod ista non esset pars proportionabilis nec divisibilis: quod tunc esset aliqua posterior illa quod similiter includit contradictoria immo ut dicit hoc est propositum. Item in eodem casu sequitur quod annullato fortis. aliquis homo est propinquissimus c. et ita ille distat ab a. igitur inter ipsum et a sunt infinite partes proportionabiles extra positum quia tunc ibi fuissent infiniti homines immo sequitur quod ille sit super penultimam partem proportionabilem quod claudit contradictoria sicut quod sit aliqua ultima cum unum inferat aliud et e contra. Propter istas rationes quas licet iste doctor faciat principaliter ad probandum quod non est possibile esse infinitas partes proportionabiles in actu separato: quod tunc ut dicit eque procedunt et probant quod nec sunt infinite partes proportionabiles in potentia. i. potentiales et ad invicem continue tenet similiter quod in magnitudine non sunt infinite partes proportionabiles tunc hoc termino infinite categorice. Si vero teneatur in categorice et ponatur a parte subiecti procedendo terminum distributum verbi gratia infinite partes proportionabiles sunt in magnitudine dicit propositionem esse veram et concedendam. Item arguitur ab alio doctore sic in nulla magnitudine sunt plures partes: prima per significato termini. Antecedens probatur: quod in nulla magnitudine sunt plures partes quam due medietates quod probatur: quod due medietates sunt quatuor quarte et octo octave et sic in infinitum: quod totum est sue partes sed nullius magnitudinis sunt plures partes quod 4. quarte et 8. octave et sic in infinitum. Concedit tamen iste doctor quod infinite partes proportionabiles sunt in magnitudine: sed ex hoc dicit non sequi quod infinite partes sunt magnitudinis: quod arguitur ab inferiori ad superius cum distributione. Item arguitur ab alijs si in qualibet magnitudine sunt infinite partes quarum quilibet est magnitudo ut supra dictum est quilibet magnitudo est actu infinita extensive prima sensui patet falsum prima probatur: quod quouscunque quodlibet additum alteri facit maius et duo maius est unum et tria maius est duo et sic de quolibet in infinitum eiusmodi si sint infinite faciunt infinitum: sed constat quod quilibet magnitudo quouscunque quantitatis seu magne seu pue alteri addita facit maius et tres maius est duo et sic in infinitum. Item si

in magnitudine et. aut in ipsa sunt infinite partes eiusdem quantitatis aut eiusdem proportionis. Si eiusdem quantitatis igitur est infinita quod est falsum. Si eiusdem proportionis idem sequitur quod si sunt infinite eiusdem proportionis sequitur quod sunt infinite eiusdem quantitatis quod probatur dupliciter. primo quod sicut due medietates sunt eiusdem quantitatis sic et medietates illarum sunt eiusdem quantitatis et iterum medietates illarum sunt eiusdem quantitatis et sic quouscunque sunt eiusdem proportionis sunt eiusdem quantitatis secundo si sunt infinite eiusdem proportionis non tot finite quin plures sunt eiusdem quantitatis. 2. prima patet et prima probatur: quod ultra omnem finitam multitudinem partium eiusdem quantitatis si ille dividantur ut prius in partes similes proportionis habent plures partes que sunt eiusdem quantitatis et quia omnes partes que possunt dividi iam sunt actualiter in toto sequitur quod in eo actu sint infinite partes eiusdem quantitatis. Item si sic igitur in quilibet parte magnitudinis sunt infinite partes et per consequens non sunt plures in toto quod in parte ac per hoc nec multitudo totalis excedit multitudinem partium suarum quod est contra illud principium omne totum est maius parte vel unum infinitum excedit ab alio quod est contra rationem infiniti. Item tunc non plures partes erunt in magnitudine celi quod granum sinapis quod videtur absurdum et consequentia patet: quia utrobique erunt infinite.

Ad primum dico quod omni parte magnitudinis est aliqua minor nulla tamen pars est minor omni parte magnitudinis. Unde iste propositiones omni parte est aliqua pars minor et aliqua pars est minor omni parte non equivoque pollent. Nec prima infert secundam quoniam prima est vera et secunda falsa et illatio secunde ex prima peccat per figuram dictionis quoniam in prima ly pars supponit compositum tamen et in secunda determinate. Exemplum si mundus duraret perpetuo et in simili dispositione sicut de facto ponit philosophus et de possibili omnes catholici hec esset vera omni homine futuro erit aliquis homo futurus posterior patet: quod quilibet singularis esset vera et tamen hec esset falsa aliquis homo futurus erit posterior omni homine futuro. Et ideo ipsa non esset: prima ad primam cedo igitur quod omni parte partium est aliqua pars minor et cum ulterius dicitur. Aut illa est divisibilis et. dico quod est divisibilis et ulterius concedo quod illa non est minor omni parte magnitudinis nec hoc repugnat verum processu. Unde ista copulativa est vera. Omni parte magnitudinis est aliqua pars minor et illa non est minor omni parte magnitudinis sicut et in casu primo misso hec esset vera omni homini futuro erit aliquis homo futurus posterior et ille non erit posterior omni homine futuro quod si magis explicetur propositio ad sensum quem ut videtur multi sic arguendo concipiunt. Et si dicatur sic aut illa pars que est minor omni parte continui est divisibilis aut indivisibilis. Nego istam disjunctivam propter falsam implicationem ex parte subiecti implicat enim quod sit aliqua pars minor omni parte continui quod proorsus est falsum. Simile est si diceretur aut ille homo futurus posterior omni homine futuro erit corruptibilis vel est incorruptibilis que utriusque propter falsam implicationem esset falsa.

Ad secundum tertium et quartum posset simul respondere gregorius negando illud quod communiter supponitur: scilicet punctum esse in magnitudine hoc enim falsum esse putat: quod tamen propter hoc etiam aliter deficit. Respondeo ad secundum supponendo puncta esse in magnitudine secundum quod multi ymaginantur et bene iudicio meo hoc supposito dico quod inter primum punctum et quodlibet